Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Ordinis Forma

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

lib.10.cap.5.gloſſ.lit.F. calicem non debere eſſe neceſſariò conſecratum *part.3.tr.4.reſol.189.** Materia Acolytatus eſt traditio candelabri cum cereo, & vrceoli vacui. Lectoratus, libri Prophetiarum. Exorciſtatus, libri Exorciſmorum. Oſtiariatus, clauium cum cymbalo. Filliucius *tom.1.tract.9.cap.2.* ✠

Et aliorum Ordinum?

Realis contactus materiæ nō eſt eſſentialis Ordini.

3 Omnis autem traditio, quæ eſt materia proxima Sacramenti Ordinis, de neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici eſſe debet cum reali contactu ſuſcipientis. Imò Faber *in 4 diſt.24.quæſt.1. diſput.1. cap.4.n.121.* & alij volunt, hoc eſſe de neceſſitate Sacramenti. Sotus verò Sacerdotalem Ordinem ſuſcipientem debere quidem vult tangere neceſſariò calicē, non autem alia. Sed ego cum Bonacina *de Sacr.diſp.8.q.vn.punct.5.nu.10.* exiſtimo, in nullo Ordine realem contactum materiæ eſſe de eſſentia Sacramenti. Nā benè tradi poteſt, & accipi cum ſolo cōſenſu aliquo ſigno explicato: ſicut verè accipimus equum, nummos, & alia, non illa tangendo, cum ſolo ſigno acceptatiuo. Poſita autem contraria ſententia, benè docet Nugnus *in add. ad 3.part. to.2.quæſt.24.art.5.diff.1.* non eſſe neceſſarium, quod Diaconus tangat hoſtiam, ſed ſolam patenam, ſicut calicem in quo ſit vinum; nam ſicut vinum eſt in calice, ita hoſtia in patena. Et ſanè in rebus humanis, quando eorum, quæ traduntur, vnum eſt in alio, non ſolet ſpecialiter tangi *part.2.tr.16.reſol.3.& part.3.tr.4.reſol.185.* Et ita tenet nouiſſimè Bauny *part.1.tr.7.quæſt.4.n.12.* quia tamen hæc doctrina non eſt certa, & in Sacramētis quæri debet omnimoda ſecuritas, curandum eſt, vtram calix, quam patena immediatè tangantur, idque ſub mortali *part.6.tr.8.reſol.19.* Quibus non obſtantibus,

Debet tamē in Presbyteratu tangi tam calix, quā patena.

nimirum ſignificatur imperatiuo quodam modo, tradi poteſtas ſingulis accōmodata.* E quidem proferri debet ſimul cum materia, ſi multate tamen morali, vt diximus de Baptiſmo *verb. Baptiſmi, n.27.* Ita Granado *in 3.part.controv.9.tr.1.diſp.6.num.16.* Qui tamen putans, contrariam ſententiam Caietani *in opuſ. tom.1.tract.16.* eſſe probabilem, cenſet minores Ordines, nec non Subdiaconatum, & Diaconatum, abſque phyſica ſimultate collatos, quia non ſunt admodum neceſſarij, omitti poſſe: Presbyteratum verò, & Epiſcopatum (* quamuis ex errore dicatur, Diaconatum *,) vtpote ſacratiores, & magis neceſſarios, ac proinde maiorē certitudinem requirētes, iterandos eſſe ſub conditione. *part.5.tractat.13.reſol.48.*

Et an debeat phyſicè cū materia coexiſtere? Aliàs Ordo iterari?

5 Et generaliter, quoties pro validitate, & inualiditate Ordinis adſunt rationes probabiles, iterari poſſe, ait Granadus *n.2.* ſub conditione; Epiſcopatū verò, & Presbyteratum etiam debere, ne Epiſcopus, aut Presbyter periculo nō ordinandi, non conſecrandi, non abſoluendi ſe exponat, cum maximo fideliū detrimento. Id verò non procedere in inferioribus Ordinibus. Vide *verb. Abbas n.6. in fine part.5.tract.13. reſolutione 47. & 93. §. Quoad ſecundum.* Sed aduertant hic ſcrupuloſi, aliud eſſe opinionem, & dubium, aliud ſcrupulum; nec ſtatim ac quis timet, ſe vaſa ſacra verb. gr. non tetigiſſe, debere iteratò ſuſcipere: multa enim obliuiſcimur, quæ reuera præſtitimus *reſolut.47.cit.in fine.* Si autem omnino prætermiſſa tonſura, ordines quis ſuſcepiſſet, Syluius adhuc tonſurandum inquit, *verb. Ordo, num.2.* Fabris vero *de Sacr. Ordin. cap.4. quæſt.13.* negat, quia tonſura non eſt de neceſſitate Sacramenti, ſed præcepti *part.6.tr.8.reſolutione 29. in fine.*

Sicut generaliter, quādocunque Ordo ſit dubius?

ORDINIS
Forma.

Ordinis forma, quæ?

4 † OMnium Ordinū forma illa eſt, *Accipe poteſtatem,* &c. qua

---

ORDINIS
Subiectum.

Ordinis

6 * SVbiectum Ordinis homo ſolus eſt,